

Vir pl. Reverende, Patrone,
nunquam non venerande.

Leviorebus utut meis literis Tibi, quem majoris momenti nego-
tiis implicatum novi, negotium facessere hactenus noluerim,
nunc tamen quo minus cunctarer, necessitas imposuit, Res Scilicet
que tuum non modo consilium, verum et decretum postulat.
Non diu est, quod Hospitem meum Dominum Tilemannum
(qui aliquando jussu tuo à me salutatus, Te resalutatum vo-
luit) consuluerim, quenam instituenda ratio, ut Frater meus
absque magnis Sumptibus studia prosequi posset? Nec malè ce-
cidit alia, siquidem talem pro benevolo suo affectu ostendit vi-
am, quã commodior vix ingredi sabitur, nempe, mensam suam
michi aperuit, eã tamen ratione, ut biennium illud, quo stipendio
ad sui frui possem, fratri implendum concedatur. Quod à patro-
nis meis et presentatoribus me impetraturum nullus dubito,
prasertim tibi à patre intellexi Te calculum tuum pro fratris
mei salute jecisse, eã tamen conditione si Academia consentiat.
Retuli animum tuum benevolum professoribus, qui tale dedere
responsum; nullum in hoc negotio Academia competere jus, nisi
stipendiarios presentatos examinandi et confirmandi; totius autem
ibi decisionem Serenissimi et presentatorum placitis nitì. Quare
pro affectu tuo erga nos benevolo gratam mentem repositurus,
rogo ut et reliquorum presentatorum animos, calculis suis
fratris mei salutem promovendi, persuadere non graveris; Quod
exoptat

Dabam Marburgi
17. Septembris 1699.

Humilimus

Justus Christoph
Dithmar.